

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



**S**ecundo die dixit deus. Fiat firmamentum in medio aquarū: et diuidat aquas ab aquis: vocauitq; firmamentum celum. Prophetam de celestibus misterijs loquentem audiamus. Fecit em̄ deus firmamentum rotundum mobile cetera sensibilia continens. Et ex aquis congelatis in modū cristalli solidauit: et in eo fixa sidera. Spera aut̄ celi cū sideribus in ea fixis duob; axis voluit. Quorū alter septentrionalis boreas: Alter australis notus dicitur voluit ab oriēte in occidentē tāta celeritate: vt nisi plane te contra cursum eam tardarent mundi ruinas faceret. Et artifex mundi: celi naturam aquis temperauit: ne conflagratōne ignis superioris: elementa inferiora succenderet. Supra nouem celoz orbis id est septem planetas: et speram octauam quam vocant inerrantem nonumq; orbem qui ratione non sensu dephensus est: primusq; est inter corpora que mouentur: creditum est decimum celum fixum manens et quietum: quod motu nullo participet. Neq; hoc tantum creditum a nostris: maxime iunioribus Strabo et Beda: s; a pluribus etiam hebreozum: pretereaq; a philosophis et mathematicis quibusdam: Equibus satis duos sit attulisse: Abraam hispanum astrologum maximū et ysaac philosophū: quoz vterq; hoc attestatur: quin et hic ysaac decimū orbem ab Ezechiele designatum intelligit per saphirū in similitudinē throni: vt color saphiri lucis nitorem: throni similitudo immobilitatem significet. Sed redeamus ad Moysen diuidentem aquā ab aquis medio firmamēto. Triplex em̄ particio corporoz sublunariū. Alia sup̄ mediam regionem aeris sunt: suprema. s. pars eiusdem elementi et purissimus ignis quod totum etheris nomine designatur ibi pura inmixta et legitima elemēta. Alia infra ipam aeris meditullū: que apud nos sunt vbi elementuz purum nullum (neq; em̄ purum elementum sensibile) sed mixta omnia ex feculenta crassiozeq; parte mundani corporis constāt. Intercedens regio aeris que etiam dicitur firmamētum. vnde et aues sub firmamento celi ab eo volantes introducuntur: ea est regio in qua sublimes ille impressiones apparent: pluuię: niues: fulgura: fulmina: tonitrua: comete et cetera id genus. Recte igitur nō solum situ: sed et nature pprietate hoc firmamentum superiora elementa ab inferioribus: quasi aquas ab aquis discriminat et distinguit. Sup̄ eum pura sunt elementa: infra eam perfecta mixtione ab elementalī simplicitate discedunt. Vocauitq; firmamētum celum: cum tegat omnia sensibilia et inuisibilia quod a koylon quod est concauū deducit.

